

61 fla non funt, ne forte eradicando zizaniam, eradicetur & triticum, 11. q. 3. cap. nolite. 2. q. 1. cap. multi. Sed quare † tolerandi funt. Dic ne ex turbatione ipforum pax generalis ecclefie concutiat, 23. q. 4. tolerandi, & cap. quid ergo, & c. quisquis.

62 Vigefimaquinta. Visitatoris † officium est prudenter feagere in uifitationis officio, & femper, idelt regulariter mifcere cum difciplina mifericordiam, nam difciplina, uel mifericordia multum defluitur, fi una fine altera teneatur. Mifcenda elt ergo lenitas cum feueritate, faciendumq; quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa afperitate exulcerentur fubditi, neque nimia benignitate foluantur. cap. difciplina, dift. 45. ubi glos. in verb. mifcenda dicit. Nota

63 quod † iudices femper fequentur mediocritatem, arg. extr. de cenfi. c. ex parte, ff. de fer. leg. l. generaliter, nifi ex caufa magis fequantur rigorem, ut l. placuit, C. de iudic. ubi fcilicet multus graffanti-

bus opus elt exemplo, ut ff. de penis. l. aut facta, in fi. Hinc debet uifitator discordantes concordare, 90. dift. c. 1. & c. ftudendum, non ex uindicta corrigere, 86. dift. cap. fi quid. & cap. feq. Nec iuxta uelle punire, 45. dift. cap. cum beatus, & commiffa eorum quandoque propter fpem correctionis fupportare, 45. dift. c. licet. An uero † uifitator poffit amouere ab officio, fi in forma mandati funt tantum illa uerba. Inquiras, & regulam feruari facias, uide fupra cap. 27. num. 24. & 25. & ibi fi uult uifitare loca. ut nu. 96. & 99. fi uifitator uellet mittere pro fratribus alterius monafterij, ut eos uifitaret, nu. 107. ufque 111. Et deinde uide clem. frequens, de exceff. praelat. ubi Concilium prouidit xxx. grauaminibus, que inferbantur religiofis, a quibus praecepit prelatos ceffare, & fuos fubditos facere ceffare, iubens ipforu religioforu priuilegia, & iura feruari. De hac tamen materia late diximus fupra in c. praecedenti. Et haec funt dicta quo ad materiam uifitationis.

*Et fic est finis, pro quo sine fine fit benedictus Dei, & hominis filius, Dominus, & redemptor noster Iesus Christus. Deo gratias. Amen.*

F I N I S.

